

XXII. Diviso Territorii Episcopatus Fluminis Januarii in Brasilia, & nova cretio Episcopatum Marianaensis, & Sancti Pauli, necnon Praetorium Golestensis, Cujabensis etiam in Brasilia. 6. Decembris. 74

ANNO MDCCXLVII.

XXV. De libero ingressu Clericorum Secularium in Ordines Regularium. 19. Januarii. 78

PONTIFICATUS ANNO VIII.

XXXVII. Erectio Publicae Universitatis Studii generalis in Collegio Societatis Iesu Civitatis Sancti Dominici Insulae Hispanicae. 16. Septembris. 148

ANNO MDCCXLVIII.

XLV. Ad Archiepiscopos, & Episcopos Ditionis temporalis Pontificae super Baechanalibus. 1. Januarii. 170

IN APPENDICE.

Orationes Constitutionales, quae dictae fuerunt in Constitutionis habitis 18. Aprilis, & 20. 21. 23. & 24. Junii pro Canonizatione BB. Fidelis a Sigmariega, Camilli de Lellis, Petri Regalati, Josephi a Leonissa, & Catharinae de Riccis. 250

XLVI. Super Operibus Veter. Sororis Mariae a Jesu de Agreda attributis sub titulo: Mystica Civitas Dei, & Miraculum Divina Omnipotentia. 16. Januarii. 174

PONTIFICATUS ANNO IX.

LXI. Indulgentia celebrandi tres Missae in Die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum pro Regno & Dominis Hispaniarum, & Portugalliae. 26. Augusti. 227

ANNO MDCCXLIX.

LXVIII. Asseritur identitas Corporis S. Iohannis de Matha, quod Matriti colitur, occasione donationis antiqui Sarcophagi, ubi illud Romae asservabatur. 3. Februarii. 248

SAN-



SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI BENEDICTI PAPAE XIV. CONSTITUTIONES, EPISTOLAE, &c.

PONT. A. VI. JURISDICTIO Episcoporum in Ecclesiis Parochiales Regularium pro Indiarum Regionibus declaratur. BENEDICTUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI Ad perpetuam rei memoriam.



QUAMVIS ad confirmandum Ecclesiastici regiminis ordinem, superiori Pontificatus Nostri anno, videlicet octavo Idus Novemb. 1744. Apostolicae Litterae ediderimus, quarum initium est: Firmandis, atque asserendis, in quibus non modo Sacrosanctae Tridentinae Synodi Decretis, ac Praedecessorum Nostrorum Romanorum Pontificum Constitutionibus inhaerentibus, jurisdictionem Episcoporum in omnes, & quoscumque Regulares, Animarum curam personarum secularium exercentes constabiliimus; verum etiam iudicia sequentes in peculiaribus controversiis prelata a Congregationibus Generalibus Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Ecclesiasticis difficultatis negotiis auctoritate Apostolica praepositorum, certos & congruos limites constitimus, quibus tum Episcopalis auctoritas in praedictorum Regularium Ecclesiis, atque personis, tum exemptiones in huiusmodi rerum genere ab ipsis Regularibus praetensa, & pluribus in casibus eisdem debita, continerentur: Has tamen alteras pari auctoritate Litteras adiacere compellimur, ut haec ipsa in re Parochialium etiam Ecclesiarum, quae in Indiarum Regionibus sunt, optimo regimini, atque utiliori administrationi, quantum cum Domino possumus, similiter consulamus.

Sane ubicumque Animarum cura personarum secularium adnexa sit Monasteriis, seu Domibus Regularium Virorum sive Mulierum, quicumque huiusmodi curam exerceat, sive is Regularis, sive secularis Sacerdos existat, in his, quae pertinent ad ipsam curam, & ad Sacramentorum administrationem, Episcopi Diocesis jurisdictioni, visitationi, & correctioni iuberet debet; ipso iubente Sacro Tridentino Concilio sess. 25. cap. 11. de Regularibus, per haec verba: In Monasteriis, seu Domibus Virorum, seu Mulierum, quibus imminet Animarum cura personarum secularium, praeter eas, quae sunt de illorum Monasteriorum, seu locorum Familia, persone tam Regulares, quam Seculares huiusmodi curam exercentes sub sint immediate in his, quae ad dictam Curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cuius Diocesi sunt sita. Cuius etiam Concilii providentia ulterius statutum est, ut nemo ad animarum curam in praedictis Ecclesiis, etiam ad tempus, sive Bullar. Rom. Bened. XIV. Tom. II.

amovibiliter ad nutum, exercendam, admittatur vel ANNO deputetur, absque consensu Episcopi, & sine examine 1746. coram ipso, vel coram ipsius Vicario antea faciendo; de consensu Episcopi enim decrevit: Nec ibi aliqui etiam ad nutum amovibiles deputentur, nisi de eiusdem consensu, ac praevio nullo examine per eum, aut eius Vicarium faciendo. S. Pius V. anno 1567. ex specialibus causis indultis, ut Regulares in Indis Mariis Oceani insederent ab Ordinariis Curam exercere possent.

Equidem alias beatae memoriae Praedecessori Nostro Sancto Pio Papae V. ex parte clarae memoriae Philippi II. Hispaniarum Regis Catholici exposito, quod in partibus Inalarum Maris Oceani, propter deficientiam Presbyterorum, Officia & munia Parochialia a Religiosis Viris exercebantur, qui, magno animarum fructu, Indorum conversiones promovebant, & Ecclesiae Sacramenta eisdem ministrando, ac Verbum Dei praedicando & explicando, Religioni ac pietati utilem navigant operam; idem Pius Praedecessor, supplicationibus super hoc ex parte dicti Philippi Regis humiliter sibi porrectis inclinatus, per suas Litteras incipiens: Exponi Nobis, datas apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die xxiv. Martii anno MDLXXVII, omnibus & singulis Religiosis, quorumcumque etiam Mendicantium Ordinum, in dictis Indiarum partibus, in eorumdem Ordinum Monasteriis, vel de suorum Superiorum licentia extra illa commorantibus, ut in locis ipsarum partium eis de simili licentia assignatis, vel assignandis, Officium Parochi, Matrimonia celebrando, & Ecclesiastica Sacramenta ministrando, prout extenuis consueverunt, (dummodo ipsi in reliquis eiusdem Concilii Tridentini formam observarent) exercere, & Verbum Dei, quatenus Indorum illarum partium Idioma intellexerent, de suorum Superiorum licentia, in eorum Capitulis Provincialibus obtenta, praedicare, ac confessiones audire, libere, & licite valeret, seclusa etiam Ordinariorum Locorum licentia, per haec expressa verba: Ordinariorum Locorum, & aliorum quorumcumque licentia minime requisita, facultatem, auctoritate Apostolica concessit, & indult: Volens insuper, & eadem auctoritate statuens, Ne in locis dictarum partium, in quibus essent Monasteria Religiosorum, qui Animarum curam exercerent, aliquid per Episcopos innovaretur.

Verum huiusmodi Privilegium, sive Indultum a Sancto Pio Praedecessore, ut praesertim, concessum, immutatis forsitan rerum circumstantiis, executione & effectu caruisse oportet. Siquidem aperte conspicimus Episcopos praedictarum Regionum, non multos post annos, suam in praemissis auctoritatem, & jurisdictionem refumpsisse. Etenim in prima Synodo Limana Provinciali anno Domini 1532. celebrata, presidente in ea Sancto Turribio, tunc, dum in humanis agebat, Ecclesiae Limanae Archiepiscopo, ipsius Synodi Cap. 16. vinctis Litteris expressa cautum reperimus: Nullus posthac Clericus Parochiam Indorum absque Episcopi collatione suscipiat, vel administret: qui alias susceperit, etiam proprio Rectoris Parochiae desituta sit, anathemate feriatur. Idem a Regularibus observetur. Eisdemque Limanae Synodo consonat Provincialis itidem Synodus Mexicana anno Domini MDLXXXV. sub bonae memoriae Petro Moja de Contreras Archiepiscopo congregata, & successively, nempe anno MDLXXXIX. ab Apostolica Sede examinata, & approbata, quae sub Titulo: Et Synod. Provincialis Mexicana. anno 1585.

Eandem Peculiariter firmate inrendit pro Indiarum Regionibus. Personae Curam Animarum exercentes, quavis Regulares, jurisdictionis Ordinariarum sub sint ex Concilio Tridentino. Nemo ad Curam adsumi debet eodem Concilio, nisi curam in praedictis Ecclesiis, etiam ad tempus, sive Bullar. Rom. Bened. XIV. Tom. II.



ANNO 1746.

De Visitatione propria Provinciae S. Ill. statuit, ut intra videlicet, Mense Episcopi Ecclesias, & quas Doctrinae vocant, seu Conditiones, ubi Religiosi commorantur...

Quamvis vero subinde a pie memoriae Gregorio Papa XIV. Praedecessore quoque Nostro aliae Apostolicae Litterae, quarum initium est: Quantum Animarum, aliaque incipientes: Exponi Nobis anno MDXCI. emanaverint...

III. Nihilominus Cleves VIII. Regulares Animarum Curam in Indiis exercentes Ordinarius subiectos voluit...

IV. Gregorius XV. generaliter omnes Regulares Curam exercentes Ordinarius subiectos...

V. Innocentius X. iuxta votum dicte Congreg. Li. piunt? Cum, sicut accepimus, confirmans praeterea Congregationis resolutionem editam in causa Angelopolitana...

VI. Regulares in dictis Regionibus ad servandam optime meriti, & de Tridentini Concilii Curam actu executione solliciti, Episcopis per Indias sibi subiectis...

nunc in iis Regionibus ad obeunda Parochialia munia in personas saeculares admitti, nisi praevio examine, & approbatione Episcoporum Localium, sive ipsorum respective Officialium; & tam Concilii Tridentini Decreta, quam Romanorum Pontificum Constitutiones huiusmodi Decretis consentaneas...

Neque porro in Indiis Orientalibus ignota sunt eorundem Apostolicorum, & Conciliarium Decretorum statuta: Siquidem ex Civitate Goana, celeberrimo in Indiis Orientalibus Lusitanae Regno subiectis Imperio, nuperime accepimus, Venerabilem Fratrem modernum ipsius Civitatis Archiepiscopum, ipso praesertim favente Charissimo in Christo Filio Nostro Joanne Illustri Portugalliae & Algarbiarum Rege, cujus respectiva pietas, & Ecclesiasticae disciplinae zelus...

Sed quoniam eorum, quae bene statuta sunt, quaeque ad optimum Ecclesiarum statum maxime pertinent, perpetua & generalis executio, atque inconvulsa observantia, magnopere Nobis cordi esse debet; neque committendum, ut illas in posterum dubis, editis, & controversis aditus pateat in huiusmodi rerum genere, in quo maximum Ecclesiasticae disciplinae momentum vertitur; idcirco motu proprio, & certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, volumus, statuimus, & ordinamus, praedicta Tridentinae Synodi Decreta, singulaque Apostolicae Constitutiones, tam a Praedecessoribus nostris, quam a Nobis, in eorundem Decretorum confirmationem, ampliationem, & extensionem editas, quoad Episcoporum iura, ac debitam ipsi subiectionem a Regularibus Animarum curam personarum saecularium exercentibus, ut nempe Regularis ipsi, etiam quam tumvis exempti, ad huiusmodi curam obeundam, sine praevio Ordinarium Locorum examine, & approbatione, accedere, aut in ea se ingerere nequeant, & in iis omnibus, quae ad praedictam curam quomodocumque pertinere dignoscuntur, eorundem Ordinarium jurisdictioni, visitationi, & correctioni subiaceant; deinceps tam in praedicta Goana, quam in reliquis Indiaram Orientalium Civitatibus, Diocesis, atque Provinciis, locum omnino habere ac perpetuo, & inconvulsa observantia debere: Decernerent, & declarantes, praesentes Nostras Litteras omnes, & singulos Regulares quorumcumque tam non Mendicantium, quam non Mendicantium Ordinum, Militarium, etiam S. Joannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, etiam Jesu, & cuiusvis alterius Instituti etiam speciali mentione digni, ac necessario, & in individuo exprimentis, ac quibusvis privilegiis, & exemptionibus suffulti, omnino arctare & efficere, eosque ad plenam, & integram praesentium observantiam fore efficaciter obligatos.

Insuper easdem praesentes, etiam ex eo quod Superiores Regulares, & ceteri quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes, illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vicio, aut intentionis Nostrae, aut alio quovis defectu etiam quantumvis magno, inexcogitato, ac substantiali, aut ex quocumque alio capite a iure, vel facto aut statuto, vel consuetudine aliqua, resultante aut quocumque alio colore, vel causa quantumvis privilegiata, etiam in corpore juris clausa, ac tali, quae ad effectum validitatis praesentium necessario exprimenda foret; notari, impugnari, invalidari, in jus, vel ad controversiam revocari aut ad terminos juris reduci, vel adversus eas restitutionis in integrum, appellationis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, sive alius quodcumque facti, gratiae, vel iustitiae remedium impetrari posse; sed ipsas semper perpetuoque validas, firmas, & efficaces esse & fore, suosque plenarios & integros esse.

PONT. A. VI.

Aliter iudicari prohibetur.

Contrarius gloriose derogat.

Pontifex, Concilii Tridentini Decreta & Constitutiones in hac re omnibus Indiarum Regionibus locum habere decernit.

Et sub hac dispositione Regularis quicumque instituti comprehendit.

Præfatos nullo defectu notari possunt.

effectus fortiori, & obtinere, sique & non aliter in praemissis per quoscunque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, nec non Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales etiam de Latere Legatos, & Sedis Apostolicae Nuntios, ac alios quavis auctoritate & potestate fungentes, in quavis causa & instantia, sublata eis & eorum cultibus quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari & definiti debere: Et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra & Cancellariae Apostolicae Regula de iure quaesito non tollendo; necnon memoratis Sancti Pii V. & Gregorii XIV. Praedecessorum praedictorum respective Litteris, ceterisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam in Concilio Generalibus editis, etiam specialiter in favorem quorumcumque personarum, atque dictorum Ordinum tam Mendicantium; quam non Mendicantium, Congregationum, Societatum, etiam praedictae Militiae Sancti Joannis Hierosolymitani, & cuiusvis alterius Instituti, etiam Societatis Jesu, ac Monasteriorum, Collegiorum, Domorum, ac Locorum Regularium quorumcumque, necnon illorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, vel consuetudinibus etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indulgentiis, & privilegiis, etiam ex causa, & titulo oneroso; vel in limine foundationis, & in Mari Magno, seu Bulla aurea, ut aliter nuncupatis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliiisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis Decretis, etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus, etiam ad Imperatoris, Regum, Reginarum, & Rerumpublicarum, & quorumvis aliorum Principum, & Personarum, quacumque Ecclesiastica, vel Saeculari dignitate fulgentium instantiam, seu eorum intuitu, & contemplatione, ac etiam consistorialiter, & alias quomodolibet, etiam per viam communicationis & extensionis, concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, quoad ea, quae praesentibus quomodolibet adversantur, etiam si illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, specialis & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, ac quavis exquisita forma servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, praesentibus per expressis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Et quia difficile foret praesentes Litteras, ad singula quaeque loca, in quibus de eis fides forsitan facienda foret, deferri, etiam volumus, & eadem Apostolica auctoritate decernimus, quod illarum transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & Sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, in Iudicio, & extra, ac ubi opus fuerit, eadem prorsus adhibeatur; quae ipsi praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostense.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum confirmationis, invocationis, declarationis, sive extensionis, & ampliationis, derogationis, voluntatis, statuti, ac decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo quadragesimo quinto, sexto Kalendas Martii Pontificatus Nostri Anno Sexto.

D. Card. Passioneus. J. Datarius. VISA DE CURIA. J. B. Eugenius. Loco + Plumbi. Registrata in Secretaria Brevium. Bullar. Rom. Bened. XIV. Tom. II.

ARCHICONGRATERNITATI ANNO 1746. II. Doctrinae Christianae de Urbe conceditur Ecclesia Beatae Mariae Virginis de Plandu.

BENEDICTUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI Ad persuasum rei memoriam.

SALUTARIS Doctrinae fontes immensa Dei bonitate humano generi reservatos, ad alendas, ac roborandas potissimum teneras Ecclesiae plantas assidua cura derivari, & singulis quibusque succrescentibus scriptis abunde propinari, pro imposito Nobis Pastoralis Officii munere, cupimus; pro veniens statuo tempore Caeslestis Paternitatis, ac debitos ex eis fructus requirens, non ipsas arbores, tamquam infructuosas; succidi, & in ignem mitti jubeat, sed in beata Coeli virentia, aeternum victuras, per suam misericordiam transferri concedat. Quia quidem de re, quam anxiam sollicitudinem Nostram jam pridem communicaverimus cum Venerabilibus Fratribus universis Episcopis Ecclesiae Dei, per Encyclicas Litteras datas die VII. Februarii anni MDCCXIII. Pontificatus Nostri Anno II., quibus plura distincte praescriptum, quae ad opus Dei in singulis Diocesis promovendum apta & opportuna esse censuimus; in hac vero illustri Domini Agri portione Nobis peculiariter concedita, ex qua voluit Deus ipsum veluti Caeslestium aquarum Caput ad universam Terrae superficiem irrigandam dimanare, hunc ipsam in scopum vigilando, atque insidando, diligentiam studiumque Nostrum hucusque conferre non distiterimus; magnopere expedire iudicavimus animam Nostram intendere ad stabilendum augendumque in hac Alma Urbe saluberrimum Institutum eximia Sodalitatis Doctrinae Christianae nuncupatae, in eadem olim Urbe fundatae, atque erectae; cujus operosa, & assidua pietas exerceret in adjuvando ejusdem Urbis Parochis, ac hoc, ut Pueri, & Adolescentes utriusque sexus, Catholicae Fidei rudimentis, ac necessariis Christianae Doctrinae institutionibus informarentur, proindeque ejusdem utilitatibus, & commodis, ad Dei gloriam, & Fidelium Animarum profectum, Praedecessorum Nostrorum exempla sequentes, uberius consulere decrevimus.

Sane postquam Sanctae mem. Pius Papa V. Praedecessor Noster per suas Litteras in forma Brevis, datas sub Annulo Piscatoris die XXI. Octobris anni MDLXXI. Pontificatus sui anno VII., Congregationem Doctrinae Christianae in Alma Urbe jam institutam, & canonice erectam, pluribus, ac peculiaribus gratiis, atque favoribus cumulaverat; recolenda memoriae Paulus Papa V. etiam Praedecessor Noster per similes Apostolicas Litteras in forma Brevis, datas Tuscoli die VI. Octobris anni MDCVII. Pontificatus sui anno III., ipsam Congregationem, nec non singulas illius Personarum, & Ecclesiarum, nempe Sancti Martini Regionis Arenulae, & Sanctae Agathae Regionis Transtiberinae, eidem Congregationi Apostolica auctoritate concessas, sub Sua, & Sedis Apostolicae protectione suscipiens, eandem Congregationem Doctrinae Christianae in Basilica Principis Apostolorum in Archiconfraternitatem perpetuo erexit, & instituit, illiusque perpetuum Administratorem, & Protectorem constituit, & deputavit pro tempore existentem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem in Urbe praedicta, ejusque Districtu Romani Pontificis Vicarium in spiritualibus Generalem; ac ipsam Archiconfraternitatem, illiusque pro tempore Confratres, potestate & auctoritate aggregandi alias quascumque ejusdem Doctrinae Christianae Confraternitates pro Orbem canonice institutas, & instituendas, aliiisque facultatibus, nec non Indulgentiis, & spiritualibus gratiis abunde ditavit. Deinde etiam felices recordationis Praedecessor Noster Clemens XII., ut adeo pius, ac necessarium opus, cujus ipse Praesidis munere olim persunctus fuerat, majoribus semper incrementis augetur, eidem Archiconfraternitati redditus Congregationis Sancti Josephi, in Ecclesia

Exordium.

Status Archiconfraternitatis Doctrinae Christianae de Urbe.



ANNO 1746.

Sancti Pantaleonis Regionis Montium, ipsamque Ecclesiam, Apostolica auctoritate etiam perpetuo applicavit, concessit, & assignavit. Verum quum hujusmodi redditus, alique ex piis Confratrum, aliorumque Fidelium largitionibus, & dispositionibus adepti, impares adhuc esse dignoscantur ingentibus expensis, & sumptibus, quae ipsa Doctrinae Christianae Archiconfraternitas sustinere solet, dum, inter caetera, ad promovendam in Populo immaculate Doctrinae frequentiore audientiam, & respective sedulam Christianarum Institutionum explicationem, complura praemia diligentioribus pueris, & puellis per singulas Urbis Parochias distribuere, Mulieribus autem Doctrinam ipsam edocentibus, quae per eandem Parochias dispersita, trecentarum numerum excedunt, Dotaria subsidia constituit, & Vestes elargiri consuevit; Quum etiam praefata Ecclesiae, quas ipsa Archiconfraternitas possidet, ambo quidem nimis angustae, alia vero ob nimiam ab Urbis centro distantiam, alia ob ruinosum, ad quem redacta est, statum, minus apte sint frequentioribus Populi conventibus, & piis hujusmodi Institutis exercitiis, quae proinde huc illuc identidem transferri oportet: Nos, quibus saluberrimi hujus operis conservatio, atque etiam incrementum, magnopere, ut praediximus, cordi esse debet, eandem Archiconfraternitatem non modo amplioribus proventibus augere, sed etiam in aptiori, & laxiori Ecclesia collocare, & sub speciali Coelestis praesidii tutela constituitur deliberavimus.

De Ecclesia Beatae Mariae Virginis de Planctu.

Et satis nimirum ampla, & decenter extracta, & ad Religionis memoriam insignis est Ecclesia Beatae Mariae de Planctu, olim Sancti Salvatoris in Cacaberis nuncupata, in qua Deparatae Imago aservatur, celeberrima in Alma Urbe prodigiis clara; quae quidem Imago olim ad ipsam Ecclesiam, de consensu tunc existentium tam SS. Laurentii & Damasi Sanctae Romanae Ecclesiae Diaconi Cardinalis dictae Parochialis Ecclesiae Collatoris, quam ejusdem Confraternitas sub invocatione ejusdem Beatae Mariae de Planctu canonice erecta extitit, quae postmodum nova Ecclesiae, & Oratorii aedificia, qualia nunc conspiciuntur, non sine ingenti pecuniarum impendio extrahi curavit; ibique Dei cultum, & Beatissimae Virginis honorem altius pietatis, & religionis operibus ad hunc diem laudabiliter profectu est. Hanc igitur Ecclesiam, ejusque Oratorium, una cum redditibus, & proventibus eidem adnexis, & ad hujusmodi Solidaritatem Beatae Mariae de Planctu pertinentibus concedere & applicare, non solum ipsi Archiconfraternitati, adeoque universo dilectissimae Urbis Populo proficuum & utile, ac saluberrimi hujus Institutis exercitiis aptum, & opportunum fore reputavimus, verum etiam gratum, & acceptum futurum esse duximus clementissimae Caeli Reginae, quae quum sit increatae Sapientiae Mater, & Spiritus Sancti Sponsa, piis istud opus, ad agnitionem & amorem Dei, & praecceptorum ejus unice directum, ope ac patrocinio suo fovere, & promovere non recusabit.

Archiconfraternitas in totis, & animisque nostris moventibus adducti, omnemque statum, proprietates, & jura praedictae Archiconfraternitatis Beatae Mariae de Planctu, praecipue vero Instrumentum ipsum olim, ut accepimus, concessum super concessione Ecclesiae, conventionisque inter tunc existentes Rectorem, & ipsam Archiconfraternitatem B. Mariae Virginis de Planctu, illiusque Officiales in die xxii. Julii anni MDXLVI. per acta quondam, tunc in humanis agentis, cognominati Ceccarelli Causarum Curiae Capitoli Notarii, ac Literas in forma Brevis sel. recordationis Pauli Papae III. etiam Praedecessoris Nostri super Instrumentis, & conventionum ejusmodi approbatione, & confirmatione expeditas, & debite executioni demandatas die xxii. Aprilis anni MDXLVIII. seu alio veriori tempore: nec non Literas recolendae memoriae Pii Papae IV. etiam Nostri Praedecessoris super approbatione Statutorum dictae Confraternitatis Beatae Mariae Virginis de Planctu, cum concessione Indulgentiarum, illiusque erectione in Archiconfraternitatem, datas x. Kalendas Januarii anni MDXLII. item Literas felicis recordationis Clementis Papae VIII. Nostri pariter Praedecessoris, datas die xv. Septembris anni MDXCIV.,

seu alio veriori tempore; Literas demum similis recordationis Pauli Papae V. Nostri itidem Praedecessoris, die viii. Aprilis anni MDCXIV. expeditas, per quas Titulus collatus dictae Parochialis Ecclesiae perpetuo suppressus, & extinctus fuit, ac inibi pro exercitio Curae Animarum perpetua Vicaria certis modo & forma, ac cum diversis legibus, & conditionibus tunc expressis, Apostolica auctoritate erecta, & instituta fuit; dominio Ecclesiae praedictae, illiusque redditibus, dictae Archiconfraternitati Beatae Mariae Virginis de Planctu, ejusque Custodibus in perpetuum attribuitis, quae quidem Pauli V. Praedecessoris Literae executioni demandatae fuerunt in vim Sententiae emanatae die xvi. Septembris anni MDCXV. a tunc existentem Romani Pontificis in Urbe, ejusque Districtu Vicarii Vicesgerente, & iterum a Congregatione Sacrae Visitationis Apostolicae die xxviii. Julii anni MDCCXII. & a Causarum Palatii Apostolici Auditorio nuperis Decisionibus emanatis die i. v. Janii anni proxime praeteriti coram dilecto Filio Magistro Canillia, uno ex ejusdem Auditorii Auditoribus: Omniaque & singula dicta Archiconfraternitate B. Mariae de Planctu, illiusque Custodibus, tam verbo insinuata, quam scripto deducta, ac illarum & illorum veros, & integros tenores, praesentibus pro plene & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum insertis habentes: ipsa Archiconfraternitate Beatae Mariae Virginis de Planctu, ejusque Custodibus auditis; Motu proprio, & ex certa scientia, meraque deliberatione Nostri, deque Apostolicae potestatis plenitudine, in Praedicta Parochiali Ecclesia Beatae Mariae Virginis de Planctu, illiusque Oratorio praefata Archiconfraternitatem ejusdem Beatae Mariae Virginis de Planctu, illiusque statum, essentiam, denominationem, statuta, consuetudines, & decreta, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roborata, privilegia quoque, & indulta, quibuscumque illa sint concepta formulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, ac vinculis munita (firma tamen inibi remanente perpetua Vicaria praedicta pro exercitio, & administratione Curae Animarum Parochianorum, in eodem statu, & praeservatis, in quibus illa de praesenti reperitur; & praeservatis, favore Confratrum ejusdem Archiconfraternitatis Beatae Mariae de Planctu, nec non aliarum Confraternitatum per Orbem ipsi aggregatarum, Apostolicis gratis, & privilegiis inferius exprimentis) Apostolica auctoritate tenore praesentium in perpetuum dissolvimus, suppressimus & extinguimus; eamque, una cum illius denominatione, statu, & essentia hujusmodi, perpetuo dissolutam, suppressam, & extinctam esse & fore, eadem auctoritate decernimus, & declaramus.

Porro aliam Archiconfraternitatem praedictam Doctrinae Christianae specialis gratiae favore profecti volentes, illiusque Officiales, & Confratres a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliusque Ecclesiasticis censuris, sententiis, & poenis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes (& praevia dismembratione, separatione, & sejunctione ab eadem Archiconfraternitate Ecclesiarum Sancti Martini in Arenula, & Sancti Pantaleonis in Regione Montium, ei Apostolica auctoritate, ut praediximus, concessarum, quas voluntati, & dispositioni nostrae reservamus), ipsam Doctrinam Christianae Archiconfraternitatem in praedicta Ecclesia Beatae Mariae de Planctu, ejusque Oratorio, praedictae Archiconfraternitati per praesentes a Nobis suppressae & extinctae, in omnibus, & per omnia plenarie substituitimus; eidemque Archiconfraternitati Doctrinae Christianae Ecclesiam ipsam Beatae Mariae Virginis de Planctu, illiusque Sacristiam, & Oratorium, una cum membris, pertinentiis, annexis, & connexis suis, omnique facta, etiam argentea, & pretiosa suppellectili, & jocalibus; item bona, tam mobilia, quam stabilia, res, proprietates, Loca Montium, census, canones, fructus, redditus, proventus, obventiones, & emolumenta universa in quibusvis rebus consistantia, & undecumque provenientia, & ad ipsam Archiconfraternitatem a Nobis per praesentes suppressam, & extinctam hactenus spectantia, & pertinentia, dicta Apostolica auctoritate prae-

PONT. A. VI.

Eique sub rogatur Archiconfraternitas Doctrinae Christianae de eodem Urbe.

ANNO 1746.

PONT. A. VI.

riter in perpetuum concedimus, assignamus, & subjunctive unimus, annectimus & incorporamus, ac respective applicamus, & appropriamus, ipsamque praeterea Archiconfraternitatem Doctrinae Christianae in omnibus juribus, & ad omnia jura, ac quascumque actiones, tam activas, quam passivas, reales, personales, & mixtas, quae eidem suppressae Archiconfraternitati quomodolibet competebant, & competere poterant, & si illa suppressa, & extincta non fuisset, deinceps competere, & competere possent, etiam ad effectum succedendi in quibuscumque substitutionibus, ad favorem ipsius suppressae Archiconfraternitatis quomodolibet forsitan factis & ordinatis, etiam si de illis specialis, & individua mentio facienda esset, plenarie, integre, & omnimode subrogamus, & admittimus.

Sine praedictis alicuiusmodi oneribus.

Ne autem pia Legata, Misarum onera, Anniversaria, annua suffragia, Capellaniae, subsidiarum dotaria, & panis distributiones, Hospitalis visitatio, & alia quaecumque onera, quae praedictae Archiconfraternitatis a Nobis per praesentes suppressae, & extinctae, ex piis Fidelium dispositionibus, quomodolibet supportatae, & adimplere tenebantur, debitis fraudenter implementis: Nos omnia, & singula onera hujusmodi firma, salva, & illaesa esse volentes, illa ad dictam Archiconfraternitatem Doctrinae Christianae, juxta praedictas dispositiones, & laudabiles suppressae Archiconfraternitatis consuetudines, in posterum etiam, ut hactenus omnino adimplenda, transferimus. Quamobrem Congregationi secretae ejusdem Doctrinae Christianae per praesentes committimus, & injungimus, ut omnia & singula onera, & obligationes hujusmodi curet sollicitis studiis fideliter adimpleri: tributes insuper eidem Congregationi Secretae omnium & singulorum redditum, & obventionum administrationem, cujus tamen exactam, atque fidelem rationem in fine cujuslibet anni, Nostro & Romani Pontificis pro tempore existenti S. Romanae Ecclesiae Cardinali in Urbe, & ejus Districtu Vicario, perpetuo dictae Archiconfraternitatis Protectori, reddere teneatur.

Et distributionum subsidiorum, ut hinc praesentibus.

Ut vero etiam dotalia subsidia, quae ex redditibus suppressae Archiconfraternitatis alias obventionibus distribuebantur, atque in posterum, ut praesertim, distribui debebant, non modo pauperibus & honestis, sed aliunde etiam dignis, ac potissimum in Christiana Doctrina peritissimis Puellis concedantur, volumus pariter, & mandamus ut merito, & requisita singularum Puellarum ad praedicta subsidia concurrentium, & aspirantium per Deputatos Congregationis Generalis Doctrinae Christianae diligenter examinentur, & perpendantur, & illae caeteris omnibus praerantur, quae praeter qualitates a Testatoribus requisitas peculiariter, ac distinctum sibi meritum acquisierint vel in explicando, vel in addendo Doctrinam Christianam. Reservamus tamen liberae dispositioni Primogeniti pro tempore existentis Familiae de Burghesis nominationem ad duo Subsidia Dotalia per quondam Aloysium Zannini ordinata, prout ab ipso pio Institutore eidem Primogenito attributa fuit. Itidem concedimus Praelato, & Deputatis pro tempore Conservatorii Puellarum, quae vulgo le Zoccolotto dicuntur, facultatem nominandi ad unum ex Dotaliis Subsidii, a quondam Joanne Maria Santucci ordinatis ad favorem Puellarum Regionis Arenulae, in qua praedictum Conservatorium situm reperitur, ut scilicet hujusmodi Dotale Subsidium uni semper ex Puellis in eodem Conservatorio existentibus, ad liberam eorumdem Praelati & Deputatorum electionem, & nominationem, concedi debeat; ad quem effectum, ipsas memorati Conservatorii Puellas, quatenus opus sit, specialibus Indultis & Privilegiis a praedicto Clemente XIII. Praedecessore per suas Literas in forma Brevis die xx. mensis Octobris anni MDCCXXXV. expeditas eis desuper concessis, frui & gaudere posse, & debere volumus, & statuimus.

Executio.

Igitur, ut suppressio, extinctio, unio, concessio, assignatio, aliaque praemissa fuero debitum sortiantur effectum, Dilecto Filio Nostro Joanni Antonio Tituli SS. Silvestri, & Martini in Montibus Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali Guadagni nuncupato Nostro in Urbe, & Districtu praedicti Vicario, per eandem praesentes committimus, & mandamus, ut ipse per praesentes suppressam, & extinctam hactenus spectantia, & pertinentia, dicta Apostolica auctoritate prae-

Archiconfraternitatis Doctrinae Christianae nomine, & pro ea, dimissionem, consignationem, & traditionem praedictae Ecclesiae B. Mariae de Planctu, illiusque Sacristiae, & Oratorii, annexorumque, & connexorum quorumcumque, nec non Clavium Sacrae Imaginis, omnique Sacrae, etiam pretiosae, & argenteae suppellectilis, jocalium, pecuniarum, Archivii scripturarum, & librorum, ac generaliter omnium, & singulorum bonorum mobilium, & immobilium ad praedictam Archiconfraternitatem a Nobis per praesentes suppressam, & extinctam quomodolibet de praesenti spectantium, & pertinentium, recipiant, & acceptent: Contra vero ipsi Archiconfraternitati per praesentes suppressae, & extinctae, illiusque Custodibus, Officialibus, & Superioribus nunc existentibus, in virtute sanctae Obedientiae districtae praecipiendo mandamus, ut ipsi nostrae voluntati hujusmodi humiliter obsequentes, per eorum Camerarium, & alterum Officium, plenariam & integram omnium, & singulorum praedictorum consignationem, & traditionem fideliter faciant, & adimpleant; ita quod liceat dictae Archiconfraternitatis Doctrinae Christianae Deputatis, ejusdem Archiconfraternitatis nomine, & pro ea, praedictae Ecclesiae, illiusque Oratorii, membrorum, & pertinentiarum, necnon honorum, rerum, proprietatum, jurium, reddituum, proventuum, aliorumque praemissorum veram, realem, actualem & corporalem possessionem per se, vel alios libere apprehendere, & apprehensam perpetuo retinere, ipsoque redditus percipere, exigere, & levare, causisvis licentia desuper minime requisita.

De Confraternitatibus aggregatis.

Quia vero piae devotionis affectus, quo Custodes, & Confratres praedictae suppressae Archiconfraternitatis assiduis Dei obsequiis insistere, ac Beatissimae Virginis Cultum, & ipsius Imaginis venerationem augere, & promovere, aliaque Pietatis opera juxta eorum institutum studiosissime hactenus exercere non destiterunt, singulari laude, ac specialibus Apostolicae benignitatis favoribus cumulati meretur, idcirco Nos illis omnibus & singulis, qui hoc tempore Archiconfraternitatem praedictam a Nobis, ut praesertim, suppressam, & extinctam, constituebant, concedimus & indulgemus, ut ipsi, non obstantibus suppressione, & extinctione hujusmodi, si recurrentibus Beatae Mariae Virginis festis diebus, unam aliquam, quam singuli maluerint, ejusdem Beatae Mariae Virginis Ecclesiam devote visitaverint, eas omnes & singulas Indulgentias, penitentiarum relaxationes, & spirituales gratias eidem suppressae Archiconfraternitati, illiusque Confratribus a Romanis Pontificibus Praedecessoribus Nostri quomodolibet concessis, consequantur, quas ante suppressionem, & extinctionem hujusmodi, consueta Pietatis, & Christianae charitatis opera juxta eorum Institutum exercendo, consequi poterant.

Gratias servatae favore constitutum olim postolica auctoritate decernimus, & singulas Indulgentias, & spirituales gratias eidem Confraternitatibus aggregatis, illarum respective Confratrum per ipsam suppressam Archiconfraternitatem in vim Literarum aggregationis canonice participatas, propter suppressionem praedictam eidem Confraternitatibus aggregatis nullatenus cessare, neque extincta esse; ita ut dictae Confraternitates, earumque respective Confratres quatenus in piis suis respective institutis operibus permanserint, eas, prout hactenus, etiam futuris temporibus consequi valeant. Et nihilominus si eadem Confraternitates, praevia Ordinariorum locorum licentia, & approbatione, Institutum etiam Archiconfraternitatis Doctrinae Christianae assumere velint: Nos ampliationi, & dilatationi adeo pii, & salutaris operis intenti, concedimus ipsi Archiconfraternitati Doctrinae Christianae de Urbe, ut eandem Confraternitates, servatis servandis, sibi etiam aggregare, unire, & incorporare, omnesque & singulas Indulgentias, & spirituales gratias ipsi Archiconfraternitati Doctrinae Christianae de Urbe a Romanis Pontificibus Praedecessoribus Nostri concessas,



ANNO 1746.

Domandatur... pro uberiori... doctrinae... Christianae... explanatione.

Vicarii... inter... vicem.

Exemptio... quindennii...

Classula... praeservata... & decreta...

tas, (quas hic pro fingillatim, & in specie expressis... Insuper spiritualibus Juventutis profectibus efficacius... Demum, ut congrue sustentationi Vicarii Curam Animarum Parochianorum dicte Ecclesiae Beatae Mariae Virginis de Planctu exercerentis consulari remaneat: Volumus, & mandamus, ut Archiconfraternitas Doctrinae Christianae eidem Vicario nunc & pro tempore existentis, pro illius congrua sustentatione praedicta singulis annis scuta centum monetae Romanae currentis de jussu decem pro quolibet scuto hujusmodi, & alia scuta viginti ejusdem monetae pro pensione Domus persolvere, & subministrare, eidemque minuta incerta, prout illa haecenus percepit, & percipit de praesenti, concedere teneatur; hac tamen lege, ut idem pro tempore Vicarius provenientibus illis, qui ei a praedicto Paulo V. Praedecessore usque ad summam sexaginta ducatorum auri de Camera pro congrua ipsius sustentatione assignati fuerunt, nullatenus de cetero exigere, aut praetendere possit; Sed omnes, & singuli proventus hujusmodi deinceps in commodum dicte Archiconfraternitatis omnino cedant, & cedere debeant.

& adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite a jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimae, & totalis laesione, ut quocumque alio colore, seu occasione, vel causa, quantumvis justa, privilegiata, & rationali, etiam falli, quae ad effectum validitatis praesentium necessario exprimenda foret, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, apertionis oris, reductionis ad viam & terminos juris, aliusve facti, gratiae, aut iustitiae remedium impetrari, seu quomodolibet concessio, & impetrato quempiam uti, seu se jvare in iudicio, vel extra posse, neque ipsas praesentes sub quibusvis similitum, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodolibet faciendis, comprehendendi, sed semper ab illis exceptas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces existerent & fore, suoque plenaria, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per omnes, & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari: Sicque & non aliter in praemis omnibus & singulis, per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegates, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, nec non Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de Latere Legatos, ac alios quavis auctoritate & potestate fungentes, in quavis causa & instantia, sublata eis, & eorum cultibus quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari & definiti debere; & si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

PONT. A. VI.

Delegationes

Nulli

ANNO 1746.

PONT. A. VI.

Sandio.

Pnt. die 9. Maii. 1746.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum Suppressionis, extinctionis, Dissolutionis, Absolutionis, Subrogationis, Applicationis, Unionis, Concessionis, Reservationis, Praeceptorum, Mandatorum, aliorumque praemissorum infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

J. Datarius. Pro D. Card. Passioneus. Joannes Florus Substitutus. VISA DE CURIA. J. C. Boschi.

L. Eugenius.

Loco + Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

SUPER CELEBRATIONE

Duarum Missarum eadem die per unum Sacerdotem.

Venerabili Fratri Antonio Episcopo Osenchi

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Dubium ab Episcopo Sandiano suo propositum.

Decretum Synodale Episcopi.

Scritoria Doctorum in hac materia.

DECLARASTI Nobis, in Sacra visitatione, qua Dioecesim tuam praevistasti, deprehendisse nonnullos Rectores Ecclesiarum Parochialium, quibus alia quoque Ecclesia a Parochiali longe sejuncta communitata est, quam ob exiguos proventus alii Sacerdoti committere nequeant, qui Pro-Rectoris munus sustineat: hinc fieri, ut Rectores ipsi rem Divinam in utraque Ecclesia Festis diebus consecrari non dubitent, ut populus uterque parere possit Ecclesiae praecipienti Fidelibus, ut Festis diebus Missae Sacrificio intersint. Nobis etiam exposuisti, decrevisse in tua Synodo id minime licere Rectoribus Ecclesiarum Parochialium, quos alios Sacerdos praesto fit, qui Sacrum facere possit in una ex iis Ecclesiis, quae Rectoribus subiecta sunt, id autem attulisse tam gravem Rectoribus ipsis molestiam, ut Synodalis Decreti executionem pauper differe censuerit, donec sententiam in hac re Nostram, Nostramque voluntatem intelligeres. Quamobrem praesentiam tuam in primis commendamus, totiusque Hispaniae gentis in hanc Sedem Apostolicam observantiam, ob quam, si forte aliquid incerti dubique contigerit, ad Romanum Pontificem confugere, consiliumque ad explicandas difficultates deponere consuevit. Deinde tuae Synodi Decretum aequitati ac disciplinae Ecclesiae maxime consentaneum esse respondemus; ita ut demandari executioni debeat, nec vanis omnino Rectorum querimoniis immineat, vel laesactari.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum Suppressionis, extinctionis, Dissolutionis, Absolutionis, Subrogationis, Applicationis, Unionis, Concessionis, Reservationis, Praeceptorum, Mandatorum, aliorumque praemissorum infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

At supervacaneum est plures auctoritates praestantium virorum congerere, cum id satis superque constet ex septima Synodo Dioecessana, quam Sanctus Turribius anno 1592. celebravit cap. 3. tom. 4. Conciliorum Hispanorum, quae simul collegit viri eximius inter Hispanos Cardinalis de Aguirre, cap. 637. Porro haec sunt verba: Juxta dispositiones Concilii Provincialis celebrati in hac Civitate anno 1567, quantum convenit, & per locum juris possumus, licentiam concedimus omnibus Indorum, Hispanorumque Parochiis nostris districtis, ut diebus Dominicis, & festis ex praecipuo servandis, possint celebrare duas Missas in duabus Ecclesiis tam inter se distantibus, ut qui in loco unius Ecclesiae assistunt, non possint commode accedere ad audientiam Missam in altera.

Decretum Synodi Limacensis.

Quando juxta dictum Decretum Synodi Limacensis duas Missas eadem die celebrare.



ANNO 1746.

idem plane asserimus; quod pro illustranda presentis questione superius attulimus; & opinionem nostram auctoritate confirmavimus ejusdem Synodi Sancti Turribi, uti liquido constat ex nostro Commentario, quod commemoravimus tom. 2. part. 4. sect. 2. num. 38. & seqq. & precipue num. 40., quod quidem primo Bononiæ Typis vulgatum fuit, ac nuper latine redditum, ac typis impressum Patavii, lucem publicam rursus assequit.

Confirmata sententia ex aliis Conciliis.

%

Quod si Limasæ Synodo alia quoque Concilia adiungi velint, illud in medium proferri poterit, quod sub Magistro Archiepiscopo Rothomagensi anno 1231. coactum est, quemadmodum legitur in Collectione Regia Maxima Conciliorum ab Harduino compilata tom. 7. pag. 186. Nullus audeat Missam bis in die celebrare, aut cum duplici Introitu, nisi in humana necessitate &c. & hoc, ubi non est nisi unus Sacerdos; alterum, quod Nemausi anno 1243. coactum fuit, cum Martinus IV. Apostolicam hanc Sedem obtineret, uti patet ex Collectione Labbeana tom. 12. part. 1. pag. 1213.: Si omnes Parochiani ad unam Missam simul non possint convenire, ea quod in diversis locis habitant distantibus ab Ecclesia & remotis, sicut est in montanis, nec sunt in Ecclesia duo Sacerdotes, & dista prima Missa, postmodum Parochiani venientes postulent Missam aliam sibi dicit, poterit tum Sacerdos Missam aliam celebrare. Tamen si in prima Missa, post receptionem Corporis, & sanguinis profusionem acceptis, non debet secundam Missam in predictis casibus celebrare.

%

Ea potissimum verba diligenter observari debent: Ubi non est nisi unus Sacerdos: nec non alia: nec sunt in Ecclesia duo Sacerdotes: ex quibus clare, perspicimus, non licere Parocho, si alius Sacerdos praesentis sit, duo Sacra perficere diebus festis; ut populus Missæ Sacrificiis inter sit, sive Missa celebranda sit in duabus Ecclesiis inter se distantibus, ut in supra citata Synodo Limasæ, sive una tantum sit Ecclesia, in qua Missa celebratur, & ad quam infirmul universi populi convenire non possent, ut in Synodo Nemausensi. Hi quippe duo casus eodem iure censendi sunt, uti precipue Theophilus Raynaudus tom. 17. Operum editionis Lugdunensis pag. 5.

Ex ex Sententia aliorum Doctorum.

Quæ hæc usque dicta sunt, Canonicis etiam generalibus sanctionibus innituntur. Neque vero copiam Ecclesiasticæ eruditionis ostentabimus, ut cognitum id perspicuumque faciamus, quod tamen facillime negotio, si opus esset, consequeremur, cum duo præclari Scriptores postremis his temporibus congesterint sacros omnes, quibus ante Decretales Prædecessorum Nostrorum Innocentii III. atque Honorii III. plures uno die Missæ ab eodem Sacerdote celebrabantur. Hi sunt Saintebeuvius tom. 3. Resolutionum casuum conscientie cas. 81. & Pontas in Dictionario casuum conscientie, in verb. Missa cas. 15. De hoc ipso argumento luculenter disserit is, qui suis adnotationibus undecimam Sancti Leonis Epistolam illustravit, juxta editionem, quæ ultimo facta est. De his quoque verba fecimus in Commentario de festis diebus Domini Nostri ac Beatae Virginis Mariæ part. 1. num. 667. & seqq. Quælibet, his prætermis, illud asserimus, ex communi totius Ecclesiæ disciplina permitti tantum Sacerdotibus hoc tempore, ut die Natalis Salvatoris Nostri ter Sacrum faciant, vel quia institutum id fuit a S. Telephoro Pontifice, ut eam celebritatem singulari honore prosequerentur Fideles, uti ostendit Canon: Noctæ sanctæ de Consecratione dist. 1. vel quia (si plurimi faciendi videantur argumenta; quibus auctor Telephorus illius Canonis impugnat) Parens ac Magistra Ecclesiæ cum ritu die Natali Domini conservandum censuit, ut posteris perpetuo commendaret veterem disciplinam, ob quam Sacerdos idem plura Sacra consuebat, cum alii quoque festi dies per annum occurrerent. Id Nos testimonia præstantium virorum indicavimus in Commentario nostro, quod superius nominavimus, part. 1. num. 665. & seqq.

Id permittitur die Natalis Domini.

Excepta die Dominice Nativitatis, juxta hodiernam disciplinam non licet Sacerdoti eodem die Sacrificium iterare. Argumenta minime desumimus ex Decreto Alexandri Papæ II. Can. Sufficit de Consecratione dist. 1. ubi Pontifex ita decrevit: Sufficit

Examinatur Decretum Pontificum, nempe Alexandri III.

Examinatur Decretum Pontificum, nempe Alexandri III.

Sacerdoti unam Missam in die una celebrare, quia Christus semel passus est, & totum Mundum redemit. Non modica res est, unam Missam facere: & valde felix est, qui unam digne celebrare potest; etenim Pontifex ita rem prosequitur: Quidam tamen pro defunctis unam faciunt; & alterum de die, si necesse fuerit; quibus verbis Alexander II. non improbare videtur eum Sacerdotem, qui saltem ob allatam causam bis uno die celebraret. Deinde sic Pontifex concludit: Qui vero pro pecuniis, aut adulationibus secularium una die præsumunt plures facere Missas, non astant evadere damnationem: Porro ex his facili conjectura perspicere quisque potest, Alexandrum II. Decreto solum cavere, ne fordidæ utilitatis, sive attentionis gratia Sacrificium iteretur. Vasquesius idem Decreto sic explicat in 3. part. Divi Thome tom. 3. quest. 83. art. 2. cap. 5. num. 43.: In necesse Episcopi solam damnantur, qui pro pecuniis aut adulationibus secularium una die præsumunt plures Missas celebrare: de his vero, qui ex sola devotione plures celebrant, nihil dicitur. Eandem rem maxime declarant ea, quæ Thomassius scripta reliquit. De veteri & nova Ecclesiæ disciplina par. 3. lib. 1. cap. 72. num. 6. ubi clare ostendit, libertatem plures una die celebrandi, necessario coercendam fuisse, ut quorumdam Sacerdotum avaritiæ modus imponeretur.

Igitur omittentes Alexandri II. Decretum, alterius Prædecessoris nostri, nimirum Innocentii III. auctoritate, ac Decretali rem nostram comprobamus Cap. Consulisti, de celebratione Missarum: Respondemus, inquit, quod excepto die Nativitatis Dominice &c. Sufficit Sacerdoti semel in die unam Missam solummodo celebrare. Equidem Alexander II. uti superius commemoravimus, & Innocentius III. uti fuit hoc eodem verbo sufficit; ac secundo tantum loco per id verbum præceptum indicitur; nam si quis integrum Innocentii Decretalem percurrat, aptissime cognoscet, id petiit fuisse a Pontifice, utrum Præbiter duas Missas in eadem die valeat celebrare. Porro illud valeat, idem proferri significat, ac licet. Cum igitur responsum dederit Pontifex, sufficere Sacerdoti semel in die unam Missam solummodo celebrare; illud sufficit, Sacerdotes adigit præcepto, ne plura Sacramenta uno die faciant.

Ita Vasquesius interpretatur eo loco, quem paulo ante indicavimus num. 44. Nam quod quæsum fuit, utrum valeat celebrare, idem est, ac si quaeretur, utrum liceat id celebrare. Cum ergo respondit Pontifex, sufficit &c. hoc verbum auctoritatem præceptum prohibens, plusquam semel celebrare. Neque mirari quis debet, si idem verbum sufficit, consilium uno loco, alio autem præceptum præferat. Id ipsum quippe etiam contingit in verbo non oportet: quod juxta varias rerum circumstantias, in Jure Canonico modo solum honestatis officium ac decentiam denotat, modo vero necessitatem atque præceptum, uti pluribus exemplis demonstrat Baldellus disput. Theolog. tom. 1. lib. 5. dub. 21. num. 4. Verum ex Honorio III. qui post Innocentium III. Pontifex renunciat fuit, in textu Te referente, sub eodem titulo de celebratione Missarum, manifesto deprehenditur, illud verbum sufficere, de quo in Decretali Innocentii III., cum præcepto conjungi. Rem totam, sicuti gesta est, recensebimus, uti constat ex Gonzalez, qui Decretalem integram ejusdem Honorii describit.

Sypontinus Archiepiscopus (eam modo civitatem vulgo Manfredoniam appellant) feria quinta majoris hebdomadæ Sancta Olea de more in Ecclesia Cathedrali rite consecravit. Eadem die mane se conferebat ad Montem Garganum, ut peregrinos exciperet, qui magna frequentia in eum locum Religionis causa confluebant. Eius loci Clerus ac populus Archiepiscopum magno studio rogavit, ut Sacrum iteraret; quod tamen ille facere recusavit, donec super hac re Pontificis Honorii III. responsum sibi redderetur. Pontifex ininitum desumit a verbis ipsi Innocentii III. Prædecessoris sui, nempe: Cum esset Sacerdos, quatenus dignitate præfulget, unam in die celebrare Missam sufficit, nam & valde est felix, qui celebrat digne unam. Post hæc præcepit Archiepiscopo, ut Syponi rem Divinam peragat, ubi Sacrum Christiana concione debebat,

Casus ejus decretalis.

Examinatur Decretum Pontificum, nempe Alexandri III.

PONT. A. VI.

Innocentii III.

Honorii III.

Casus ejus decretalis.

ANNO 1746.

hebat, & in Ecclesia Montis Gargani Sacrificium offerre prætermittit; hisque utitur verbis, quibus illud sufficit, ab Innocentio III. scriptum cum præcepto omnino copulari declarat: Fraternitati tue mandamus, quatenus die Cæne Domini in Ecclesia Syponina duxerit, in qua teneris Christum conficere, Missarum sudeat solemniter celebrare. Innocentius, qui excepto die Nativitatis Dominicæ, prohibuit Sacerdoti plures Missas una die celebrare, in cit. Cap. Consulisti, de celebratione Missarum, addidit: nisi causa necessitatis sua det. At Honorius, qui in Cap. Te referente, eodem tit. de celebratione Missarum, Archiepiscopo Syponino rescriptit, ipsi fas non esse, post rem Divinam peractam, dum Sacrum Christiana consuebat in Ecclesia Syponina, aliam Missam celebrare in Ecclesia Montis Gargani, declarat, causam necessitatis ab Innocentio admittam, nunquam adesse, cum alius invenitur Sacerdos, qui secundam Missam celebrare potest: secundam quippe Missam nolum ab Archiepiscopo in Ecclesia Montis Gargani celebrari, ex quo inverosimile ipsi visum est, quod alius non adesset Sacerdos, qui Missam in eadem Ecclesia celebrare posset, juxta monitum Cardinalis de Turrecremata in Can. Sufficit, sub n. 4. de consecratione, dist. 1. En ejus verba: Quod autem in Decretali Te referente, Episcopus videtur reprehendi, quod bis celebraverit die Cæne, est propter hoc, quia non erat necesse, quod Episcopus celebrasset, nisi in illa Ecclesia, in qua de consuetudine debebat Christum conficere, quia hoc non potest, nisi Episcopus, & aliam celebrare poterat simplex Sacerdos, quia verosimile est, Episcopum posse per Vicarium celebrare, & in illa Ecclesia plures Sacerdotes fuisse. Quod etiam ante Cardinalis a Turrecremata jam fuerat adnotatum ab Hostiensis in Cap. Te referente n. 4. ab Antonio de Butrio super eodem textu n. 3. & ab Abbate super eodem quoque textu in fine tit. de celebratione Missarum.

Præterea casum proponunt Episcopi, qui præesset duobus Episcopis inter se vicinis, ut in Archiepiscopo Syponino contigisset, si Summi Pontifices Alexander III. & Innocentius III. sententiam non protulissent contra Garganicos contendentes, Ecclesiam suam Episcopalem esse, & unitam Ecclesiæ Syponinæ, quemadmodum legitur apud Ughellum de Metropoli Syponina tractantem Tom. 7. Italia Sacra: quærunteque, ad sub obtentu Christina consuecendi in utraque Ecclesia, quod sine celebratione Missæ consecrari decenter nequit, posset ea die bis Sacrificium offerre; & unaniter respondent, id non licere; & sic rem componunt, quod uno anno in una Ecclesia celebretur Missa feria quinta in Cæna Domini, & consuecitur Christina; & alio anno id ipsum faciat in alia Ecclesia, & ab una ad aliam Christina consecratur, uti moris est, transmittat: Reque sic composita, asserunt, nullam ex suis Ecclesiis Christinæ caritatem esse, subditisque unius, vel alterius Episcopatus nullatenus excludi a communitate audiendi Missam quinta feria in Cæna Domini, in qua maximore expedit, ut audiant Missam; ea quippe celebrari poterit a Sacerdote in Ecclesia, in qua eo anno Episcopus Christina non conficit, cum verosimile non sit, alium non reperiri Sacerdotem, qui ea ipsa die Sacrum in ea facere possit; veluti prosequuntur Hostiensis, Antonius a Butrio, & Abbas locis citatis.

Hæc sunt, quæ ex Jure Canonico desumpimus. Sed cum Glossa in Cap. Consulisti, in verb. necessitatis, de celebratione Missarum, necessitatem addat utilitatem, & vel utilitatem, vel necessitatem satis esse dicat, ut unus Sacerdos eodem die bis Missam celebrare possit, bene deprehendimus, Parochos, de quibus agitur, posse tum utilitatem, tum necessitatem præterere, ut sibi putent fas esse bis in die celebrare, etiam si alius sit Sacerdos, qui Sacrum facere valeat: utilitatem quippe in eo constituent, quod bis ipsi celebrando non subministrabant Sacerdoti celebratorio elemosynam pro missa, quam celebrabit; necessitatem in sua inopia constituent, ob quam nequeunt prædictam elemosynam alteri Sacerdoti Missam celebranti largiri. At neutrum eis suffragari potest.

Et utilitas quidem non suffragatur: quidquid enim sit de titulo utilitatis; qui illum admittunt, illum explicant & intelligunt, non de utilitate celebrandi. Bull. Rom. Bened. XIV. Tom. 11.

Quid de Episcopis qui habent duas Cathedralis.

7.

Causa utilis non sufficit ut bis celebratur.

sed Missam audieritis. Sic docet Cardinalis Zabarella in Cap. Consulisti, num. 3. de celebratione Missarum. En ejus verba: Considera, quod in hoc attenditur causa utilitatis respectu audientis, non celebrantis. Et concordat super eodem Capitulo Antonius a Butrio n. 4. Abbas n. 2. & cæteris, quos vocant Reputantes; & præclare inter recentiores docuit Vericellus de Apostolicis Missionibus tit. 1. de privilegiis Regularium dub. 13. n. 201. Utilitas autem proposita non populam, sed Parochum respicit, & sic celebrantem, & non audientem.

Minus quoque prodest necessitas ex inopia desumpta; cum plura sint expendenda, antequam titulus necessitatis ex inopia desumptus admittatur. Primo, an revera Parochi tanta premantur egestate, ut alteri Sacerdoti stipendium Missæ nequeant suppeditare; si enim inopia adeo magna non sit, Episcopalis auctoritate, juxta Caput quartum Concilii Tridentini sess. 21. de Reformatione, adigi poterunt, ut Sacerdoti Missam celebratorio elemosynam largiantur, uti sapienter admonet Engel ad tit. Decretalium de celebratione Missarum n. 3. Secundo, si Parochi tenues omnino angustique proventus obveniant, videndum, an populus etiam in eadem paupertate versetur: quemadmodum enim Episcopus adigere potest Sacerdotem, ut populo Sacrum faciat diebus festis, ita etiam potest indicere populo, ut celebranti Sacerdoti consuetum stipendium largiatur. Id etiam ex Tridentino Concilio desumitur sess. 23. cap. 14. de Reformatione, ubi hæc leguntur: Curet autem Episcopus, ut si saltem diebus Dominicis, & festis solemnibus &c. Missas celebrant: siquidem illud verbum Curet, præceptum inferre in hæc gravissima causa, non est dubitandum. Hoc pacto Concilii sententiam explicat Pasqualigus, qui scriptum ita reliquit de Sacrificio Missæ quest. 844. n. 11. Si in aliquo Oppido sit unus tantum Sacerdos, qui tenetur celebrare diebus festis, & adiant alii simplices Sacerdotes, poterit Episcopus eos cogere ad celebrandum diebus festis. Ratio est, quia adest indigentia populi, eo quod difficile sit, quod omnes eadem hora conveniant ad audiendam Missam: & ideo cum Sacerdotes habeant ratione Ordinis munus suum additum populo, poterit Episcopus eos cogere, ut impendant officium suum populo, offerendo Sacrificium, ut absque difficultate possit adimplere præceptum audiendi Sacrum. In tali tamen casu venerit populus aliquid contribuere in Sacerdotibus pro sustentatione; quia, cum ministrant populo, æquum est, quod accipiant aliquid pro sustentatione.

Porro difficile profus videtur, omnia hæc simul copulata deprehendi. Quod si res ita se haberet, tunc, Ven. Frater, ex his elemosynis, quas ipse egenis largiri large consuevit, stipendium pro re Divina faciendæ Sacerdotibus erogare deberes, nec ullo modo perferre, ut Sacrificium iterent Parochi, quibus non deest alius Sacerdos, qui diebus festis populo ministrat.

Post hæc, quæ a Nobis prolata ad veritatem illustrandam dici possunt, ad ea sermone transferimus, quæ ab ipsis Parochis proponi audimus. Vehementer ipsi conqueuntur, si facultas iterandi Sacrificii diebus festis ipsi admittatur; eo quod munere suo perfungi nequeant, quod non solum consistitur in celebranda & applicanda Missa pro populo, cum festi dies peraguntur, sed etiam in explicandis Religionis mysteriis, tradendaque pueris Christiana disciplina, cum ad Sacrum audiendum in Ecclesiam conveniunt.

Incredibilem ex hoc voluptatem sane percepimus; etiam quum olim fel. record. Prædecessor Noster Innocentius Papa XIII. ad discutiendam Hispani Cleri gravissima negotia ab insigni viro bonæ memoriæ Ludovico hujus S. R. E. Cardinali Belluga nuncupato proposita, peculiarem Congregationem præstantium aliquot ejusdem S. R. E. Cardinalium deputasset; Nobisque tunc in minoribus constitutis ipsius Congregationis Secretarii munus demandasset; meminimus non parum temporis, plurimumque laboris Nobis opus fuisse, ut falsam omnino probarem opinionem, ob quam Parochi Hispani se immunes ac liberos dicebant ab eodendis instruendisque in Christiana doctrina pueris, eo quod hujusmodi exercitationes in aliis quoque Ecclesiis haberentur; aut quia Concionatorum opera studioque

ANNO 1746.

Neque pauperatis ex inopia Ecclesie.

Perpendit rationes Parochorum.



ANNO 1746.

Quis rejici.

Latit fideles instruerentur; aut etiam ob vetustissimam consuetudinem, quae Parochos ipsos ab hoc onere vindicare videbatur. Quae omnia leguntur in Constitutione quae incipit Apostolice ministerii, quam praefatus Innocentius Praedecessor promulgavit, in qua §. 9. recenseatur ac resellantur ea omnia, quae modo commemoravimus.

His autem per transennam adnotatis, jam responsam quaestioni faciamus, videlicet non esse iterandum die festo Sacrificium, si Parocho alius Sacerdos operam suam navare possit, etiam si Catechismus eodem die, Fideique mysteria populo explanari debeant. Hac enim fieri possunt ejusdem Sacerdotis ministerio, qui ad Sacrum conficiendum inducitur; quemadmodum Nos ipsi statuimus in Bononiensi Diocesi, cum in ea sedem haberemus, haud ignorantes, id consentaneum esse Decretis, quae super hac re Pontifices Romani esse ediderunt. Id Nos ostendimus Infit. 3. tom. 3. nostrarum Institutionum Ecclesiasticarum, quae Bononiae impressae fuerunt. Accidit, quod Parochus, qui die festo fideles instruendos in utraque Ecclesia libenter suscepisset, si iterandi Sacrificii facultas traderetur, id facilius consequi possit, si in altera solum Ecclesia rem Divinam faciat, ac populum edoceat, deinde ad aliam se conferat Ecclesiam, ubi a Sacrificio ablineat, & Christianae Legis inlinita dumtaxat populo declaret.

Tui praeterea Parochi querunt, quod ipsi hanc facultatem impertiri dubites, quam a tuis Decessoribus semper impetrarunt. Certissimum illud est Missionariis tantum a Sede Apostolica potestatem aliquando fieri, ut uno die Sacrificium bis operentur; reliquis vero Sacerdotibus opus esse, ut hac de re facultatem ab Episcopo consequantur, etiam si causa necessitatis intercedere videatur; cuius fane iudicium ad ipsos Sacerdotes nequaquam pertinet. Ita testatur Verricellus de Apostolicis Missionibus tit. 4. de privilegiis quae §. 19. num. 202. Queres primo, an ad celebrandas duas Missas in locis, ubi adest talis necessitas, requiratur licentia Episcopi? Respondetur affirmative, seclusis privilegiis Missionariorum. Ita a Sacra Congregatione resolutum. Certum quoque est, facultas ejusmodi, nisi necessitas id postulet, nunquam concedi; vel, si aliquando concedantur, non haberi tamquam alicujus Sacerdotis privilegium, sed tantum ob causam peculiarem necessitatis. Fagnanus id fatetur Cap. In ordinanda, num. 37. de Simonia: Miratur Sacra Congregatio agi de his licentiis concedendis; nam id non nisi ex magna necessitate fieri debet, & magna cautela, ut puta in locis, ubi paucissimi sunt Sacerdotes, vel adfuit impedimentum adversariorum Fidei, vel quid simile etc. Nec concedi potest haec licentia ab Episcopo generaliter, quae si privilegium alicujus Sacerdotis, sed tantum in aliquo casu particulari, necessitatis causa ab Episcopo examinanda. Itaque cum ejusmodi causam necessitatis haud deprehenderit, nunquam Parochos tuos probabimus, si ipsi de te conquerantur, Nos prudentiam Fratemitatis tuae magnopere commendamus, Teque agnoscamus animum, mentemque tuam conformasse exemplo praedicti Sancti Caroli Borromei, qui in prima Synodo Provinciali c. 5. abrogavit licentias a suis Praedecessoribus concessas plures Missas celebrandi.

Parochi postremo, ut causam suam teneantur, vetustissimam adducunt consuetudinem. Nos, utram ratione, an temere id asserant, examinare praetermittimus. Solum inquirimus, utrum ea consuetudo rationem praescriptionis, aut praesumptionis sibi comparaverit; & utrumque falsum, & alienum iudicamus. Non utique Jus Divinum, sed Jus Ecclesiasticum prohibet; eadem die ab eodem Sacerdote Sacrificium iterari. At non omnia, quae Juris tantum Ecclesiastici sunt, praescribi possunt. Si etenim juxta Civiles Leges, sancta vos praescribi non possunt, absonum undique est asserere, fuisse per praescriptionem aliquid obtentum, vel acquisitum, quod adversetur sanctionibus universalibus Ecclesiae, quarum observantiam Sacrum Tridentinum Concilium in Missarum celebratione Sacerdotibus omnibus praecipit, uti colligitur ex Decreto de observandis, & evitandis in celebratione Missae.

In nonnullis regionibus mos invalerat, quod

Parochi duarum Parochiarum feria sexta majoris hebdomadae Officium faciebant, primum in una ex Parochiis, & deinde illud iterabant in altera. Jejunii praecipuum in sumptione Eucharistiae non est Juris Divini, sed Ecclesiastici, teste Cardinali Bona Revum Liturgicarum lib. 1. cap. 21. numer. 2. ubi refert, initio non omnibus in locis universon praedicta lege obstrictos fuisse; cumque, hoc minime obstant, animadversum fuisset, Parochum celebrantem Officium in secunda Parochia, non jejunium fumere Eucharistiam sub specie panis; sumperat enim in Officio, quod celebravit in prima Parochia, particulam Hostiae consecratae die praecedenti, una cum vino non consecrato, & sic jejunium frugerat naturale; reprobata fuit consuetudo, etsi, uti asserbatur, pietati & devotioni innixa. Hoc exemplo percussit alii Parochi duarum Parochiarum, aliam induxerunt consuetudinem, ut in utraque Parochia Officium feriae sextae majoris hebdomadae celebrare possent; praetermittendi videlicet haultum vini in primo Officio, quod in prima Parochia celebrabant, fumentes tantummodo speciem panis, ut jejunii in secunda Parochia Officium facerent, Missamque, quae dicitur Praefanctificatorum, celebrarent. At haec quoque consuetudo fuit reprobata, ut pote contraria ritui Ecclesiastico, quam & Ordo Romanus, & Sacramentarium Sancti Gregorii praescribunt, & adhibet universalis Ecclesia. Franciscus Sylvius magni nominis Theologus tom. 5. Jurum Operum editionis Antverpiensis Orat. 1. quae est unica de Officio Parasceves, rem graphicè exponit, nec Parochorum consuetudini censet esse ullo modo deferendum. De hac eadem re plura habentur apud Suarez in 3. part. Divi Thomae tom. 3. quae §. 73. art. 2. disp. quae §. 80. sect. 3. Et Nos ipsi haec omnia exposuimus in nostro Tractatu de Sacrificio Missae, typis Patavinis edito, sect. 2. §. 39. Et in alio Tractatu de Festis Domini Nostri Jesu Christi part. 1. typis quoque Patavinis edito, §. 336. & seq. consutavimus errorem. Graecorum Schismaticorum, qui volunt, in Missa Praefanctificatorum, per immersionem Particulae in Calicem esse Sacratissima Hostia detractae, transubstantiationem fieri vini in Sanguinem Christi; & diximus, Sacerdotem in Officio feriae sextae majoris hebdomadae, fumere Christi Corpus & Sanguinem, cum utrumque revera sit sub specie panis, praecedenti licet die consecrati.

Prescriptionis excipit praesumptio, de qua modo sermo habendus est. Equidem non ignoramus Jurisperitorum commune adagium, nempe ratione consuetudinis ab immemorabili asserri posse in medium quemcumque gratiosum titulum, & etiam privilegium Apostolicum, quod utpote nullo certo documento probatum, praesumptum appellatur. Sed, ceteris praetermissis, ne haec epistola longior evadat, subdiximus, haec intelligi posse de illis privilegiis, quae impetrari potuissent a Sede Apostolica; si quis ea postulasset: non vero de illis, quae cum postulantur, negari omnino consueverunt; ne praesumptio plus habeat roboris, & momenti, quam veritas.

Romanis Pontificibus mos est, ut ea negotia, quae ipsi per se expedire nolint, ad Congregationes rejiciant examinanda, ut earum consilio rem expediant. Anno 1657. cum in Civitate, quam dicunt de Assumptione, in Provincia Peraguariensi, pars magna Nobilium domi se contineret, utpote decenti apparatu vestium carens, nec accederet ad Ecclesiam, ut Sacrum die festo audiret, Episcopus exoravit, ut sibi facultas daretur celebrandi Missam antelucanam Nobilium praedictorum gratia, & aliam ante meridiem, ut reliquus populus Missae praecipuo diebus festis satisficeret. De hac re aliam fuit in Congregatione Concilii die 1. Septembris 1657. nec petitio fuit exaudita, ea potissimum de causa, quod imperceptibile visum est, alium non adesse Sacerdotem, qui Missam antelucanam celebraret pro Nobilibus; quemadmodum colligitur ex lib. 21. Decretorum pag. 56.

Praeterea vobis omnibus notum est, in Regnis Aragoniae, Valentiae, & in Comitatu Catalauniae, die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum; quemlibet Sacerdotem Saecularem Missam celebrare posse, & ter quemlibet Sacerdotem Re-

PONT. A. VI.

ANNO 1746.

PONT. A. VI.

Regularum; quod singulare privilegium antiquae consuetudini, & sanae Apostolice privilegii concessi vel a Julio III. vel a Paulo III. Summis Pontificibus innitur. De dicto privilegio egimus in supra citato nostro Commentario de Sacrificio Missae sect. 2. §. 31. & latius dum munere fungebamur Secretarii Congregationis Concilii, cum Caula quaedam Castellana pertractaretur, quemadmodum videri potest in Thesaurio Resolutionum praedictae Congregationis tom. 2. pag. 168. & plura quoque de dicto privilegio relata fuerunt a bonae memoriae Cardinali Lanfredino, dum ipsum Secretarii munus obiret, & de quadam Caula. Oriolen. agetet, de qua tom. 5. ejusdem Thesauri pag. 384. & seq. Viri, qui dignitate, & praesentia supra ceteros eminebant, Summis Pontificibus humillime supplicarunt, non ut quidem rem novam permitterent, sed ut tantum ad quasdam alias regiones memoratum privilegium extendere, ob quod Presbyteri tum Saeculares, tum Regulares, in die Commemorationis omnium Defunctorum rem Divinam iterato faciebant, praesepete suas singularem pietate, & rationibus undequaque petitis honestarunt, negotioque a Summis Pontificibus remisso ad Congregationem Concilii, haec praecipuus hujusmodi morem haud gessit, sed petentes, uti fieri cum principibus viri consuevit, urbane dimisit, quemadmodum recensuimus in citato nostro Tractatu de Sacrificio Missae sect. 2. §. 32. editionis Patavinae.

Porro si denegatum fuit Episcopo petium privilegium celebrandi bis in die festo, ut Nobiles satisfacerent praecipuo audiendi Missam, eo quod alius adesset Sacerdos, qui Sacrum facere poterat; si principum virorum vota exaudita non fuerunt, qui

tantum pro extensione privilegii precabantur, & talis privilegii, quod unicam tantam diem quolibet anno respiciebat; uniusquisque facili negotio cognoscere poterit, quid a Sede Apostolica factum esset, si simpliciter Parochi facultatem petissent bis celebrandi, ubi alius non deesset Sacerdos, qui Parocho operam suam prestare possit, & bis celebrandi, non unica die intranum, sed tot diebus, quot per anni cursum festi dies celebrandi fidelibus praecipiantur.

Ut Fratemitatis tuae postulatis responderemus, negotium unico verbo cognoscimus Nos absolvere potuisse, dicendo nimirum, tuam Constitutionem Synodalem observandam esse. Henricus enim Boich, antiquus Juris Canonici Professor, in Comment. ad Cap. Te referente, num. 2. de celebratione Missarum, docet, a nempe binas Missas eadem die celebrari posse, si id sit vetitum in Constitutione Synodali. Sed haec scribenda ad te putavimus, ut tuam religionis eximium studium nostris laudibus prosequeremur, certamque normam, ac rationem ante oculos positam haberes, ad quam consilia tua, tuamque mentem tutissime conformares. Quapropter tres dies in privata nostra Bibliotheca mane insumpsumus, quos vacuos, ac liberos ab audiendis Ministris, molestique negotiis nadi sumus, ut has literas conficeremus. Postremo te summo opere iteumque commendantes, qui hujus Sedis Apostolicae in dubiis rebus sententiam consiliumque exquisieris, Benedictionem Tibi nostram, Venerabilis Frater, peramanter impertimur.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem die Martii MDCCXLVI. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Decretum Episcopali vandum decretum.

Die 16. Martii 1746.

IV. DE PRESENTATIONE DELLA PRESENTAZIONE IV.

Dignioris inter approbatus ab Examinatoribus ad Parochias Ecclesias Jurispatronatus Ecclesiastici, cum resolutione nonnullorum dubiorum.

Del più degno tra gli approvati dagli Esaminatori alle Chiese Parrocchiali di Patronato Ecclesiastico, con la risoluzione di alcuni dubbj.

Venerabili Fratri Archiepiscopo Florentino

Venerabili Fratri Archiepiscopo Florentino

BENEDICTUS PAPA XIV.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Venerabilis Frater, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

REDDITE Nobis sunt Literae tuae, quibuscum una ad Nos missi disceptationem Advocati Petri Brogiani, ut de his, quae a Te proponebantur, quae nostra sententia sit, diceremus.

Cum sit presentata una di Lei lettera unitamente con una bella Scrittura composta dall' Avvocato Pietro Brogiani, acciò da Noi si professasse il nostro sentimento sopra i seguenti punti di Canonica Giurispudenza.

Tra debba Pontifici proposta.

Primum. An Patronus Ecclesiasticus teneatur in foro esterno presentare ad Beneficium Curatum eum, qui inter approbatus ab Examinatoribus magis idoneus, & magis dignus est?

Primo: Se il Patrono Ecclesiastico sia obbligato nel foro esterno a presentare al Beneficio Curato quello, che è il più idoneo, ed il più degno fra gli approvati dagli Esaminatori.

Tre dubbj proposti al Pontefice.

Secundum: An Episcopus, ad quem spectat dare institutionem, debeat sequi iudicium Patroni de magis idoneo, & magis digno, an potius inquirere, rectum ne sit Patroni iudicium, an secus?

Secondo: Se il Vescovo, che dee dare l'istituzione debba stare al giudizio dato dal Patrono circa il più idoneo, ed il più degno, o pure se debba far indagine sopra la sussistenza del detto giudizio.

Tertium: Si appellaverit, qui se digniorem esse putat, & posthabitus est: an suspensus debeat institutione presentari, an vero haec debeat suum effectum sortiri; paucis, an appellatio interposita locum habeat in devolutivo tantum, an potius etiam in suspensivo?

Terzo: Se appellando chi pretende d'esser più degno, ed è stato postposto, debba sospendersi l'istituzione del Presentato, o pure debba questa avere il suo effetto; in una parola, se l'appellazione interposta debba aver luogo solamente in devolutivo, o pur anche in suspensivo.

Responsio ad primum.

Ut igitur exordiamur a prima quaestione, in qua quaeritur, an Patronus Ecclesiasticus teneatur in foro externo presentare ad Beneficium Curatum eum, qui magis idoneus, magisque dignus est inter approbatus ab Examinatoribus: respondemus, teneri. Nam antiquis omnibus disputationibus omissis, cum juxta Concilii Tridentini praescriptum in Beneficium Curatis coram Examinatoribus Synodales concursus haberi debeant, debeantque Examinatores Synodales approbare eos, qui magis idonei sunt, quorum deinde unum debet Patronus Ecclesiasticus Episcopo presentare, ut ei institutionem praebet, haec ageti ratio, ac methodus necessario secum fert, ut Patronus Ecclesiasticus teneatur presentare eum, quem digniorem inter probatos ab Examinatoribus existimat.

Incaminando dal primo punto, nel quale si cerca, se il Patrono Ecclesiastico sia obbligato nel foro esterno a presentare al Beneficio Curato quello, che è il più idoneo, ed il più degno fra gli approvati dagli Esaminatori, rispondiamo sicuramente di sì; imperochè lasciando da parte tutte le dispute antiche, dovendosi, secondo il prescritto del Sacro Concilio di Trento, ne' Benefizj Curati di Patronato Ecclesiastico tener il Concorso avanti gli Esaminatori Sinodali, dovendo gli Esaminatori Sinodali approvare quelli, che sono idonei, dovendo poi il Patrono Ecclesiastico presentare uno di questi al Vescovo, perchè conceda l'istituzione, questo metodo di operare porta seco la necessità, che il detto Patrono Ecclesiastico sia anche nel foro esterno obbligato a presentare quello, che' esso crede il più degno fra gli approvati dagli Esaminatori.

Risposta al primo.